

## Theses utriusque juris.

**Numéro d'inventaire** : 1980.00012.37

**Auteur(s)** : Louis Formé

**Type de document** : affiche

**Éditeur** : non renseigné (Paris)

**Imprimeur** : Ballard

**Période de création** : 4e quart 18e siècle

**Date de création** : 1775

**Description** : Une feuille, avec estampe dans la partie supérieure et texte avec cadre ornemental dans la partie inférieure. Le papier est sali et froissé. Une perforation à la croisée des pliures a été réparée par du papier collé au dos. Un mot raturé et surchargé à l'encre brune. Dos renforcé par du ruban adhésif.

**Mesures** : hauteur : 730 mm ; largeur : 495 mm

**Notes** : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit soutenir Louis Formé pour l'obtention du baccalauréat à Paris, le samedi 11 février 1775. La date imprimée (le 8 février) a été raturée et remplacée par le 11 février. Les articles de droit civil traitent des règles particulières attachées aux dots dans le code justinien. Les articles de droit canon portent sur la notion de présomption, définie comme un préjugé retenu lorsqu'il n'existe pas de preuve ou d'argument permettant de trancher un débat. L'estampe, dédiée à la sainte patronne de la mère du candidat, représente sainte Anne, apprenant à lire à Marie; en fond, une balustrade et un paysage. Le texte est imprimé dans un cadre formé de deux pilastres avec palmettes.

**Mots-clés** : Affiches de thèses et d'exercices publics

**Filière** : Université

**Niveau** : Supérieur

**Autres descriptions** : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



COLENDISSIMÆ MATRIS PATRONE.

THESES UTRIVSQUE JURIS.  
EX MATERIA SORTITO DUCTA.  
CANONICI. CIVILIS.

Ex Cap. 2. Extrâ. De Præsumptionibus.

Ex Lege Unicâ. Cod. De Privilegio dotis.

**D**EFICIENTIBUS probationibus præsumptiones plerumque eorum loco dirimendis controversis interveniunt.

**P**RÆSUMPTIO est conjectura de re dubiâ ex argumentis & indicis deducta.

**A**LIA est præsumptio hominis quæ & probabilis, alia præsumptio juris quæ & violenta, alia denique juris & de jure quæ & necessaria dicitur.

**P**RÆSUMPTIO hominis aliis adminiculis adjecta quandoque probationem adstruit, at ex eâ solâ non sequitur condemnatio.

**P**RÆSUMPTIO juris probationis vim obtinet, adversus eam tamen admitti solet contrariis probatio, at cetero onus probandi rejicit in adversarium.

**Q**UILIBET Clericus præsumitur idoneus, donec contrarium probetur.

**E**X violentâ præsumptione potest fieri sententia definitiva præterquam in criminalibus in quibus nemo debet ex suspitionibus condemnari.

**Q**UI tacet confiteri creditur in iis quæ confensam expressum non requirunt.

**P**RÆSUMPTIO juris & de jure probationem non admittit in contrarium pro comperto enim habetur quod præsumitur.

Has Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Despard & præfide Cl.V.D. PHILIPPO, LALOURCEY, I.U.D. Antecessore, & Syndico, tueri conabitur LUDOVICUS FORMÉ, Parisius, die Martii, Februarii, anno Dom. 1775. ab undecimâ ad primam.

Aderunt cum jure suffragii sorte ducti Clar. D.D. Boyer, Jouan, Halot, Vasselin, De Latre, Godefroy.

P A R I S I I S,  
IN MAJORI JURIS AUDITORIO.  
PRO BACCALAUREATU.

Apud Viduam BALLARD, Compagnie Française d'Imprimerie & de Librairie, à la Mathurincienne.

**A**NTE Justinianum mulieres pro dotibus suis repetendis actionis personalis duntaxat privilegium habebant, ut nimirum creditoribus chyrographariis etiam antiquioribus præferrentur.

**C**UM privilegiaris verò creditoribus æquo jure ceterabant, & secundum temporis ordinem vel eos vincebant, vel ab iisdem vincebantur.

**J**USTINIANUS affiduis mulierum querelis dotes suas deperditas lugentium commotus, primò tacitam ipsi concessit hypothecam in omnibus mariti bonis, ita ut inter eas & hypothecarios creditores temporis ordo ferveretur.

**S**ED, ne maritorum fraudibus ad extraneos creditores mulierum dotes, in quibus tota earum substantia plerumque consistit, transferrentur, idem imperator tacitam mulierum hypothecam anterioribus hypothecis prævalere voluit.

**I**DEM privilegium competit liberis prioris matrimonii dotem matris aut patris repetentibus, ut non solum alii patri aut avi creditoribus, sed & ipsi novæ dotem repetenti præferantur.

**S**I tamen species à posteriori uxore in dotem datæ extiterit, cum & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter permanferint in ejus dominio, nulla antiquior hypotheca viduæ res suas vindicanti nocere potest.

**P**RIVILEGIUM illud quo mulieres utuntur in actione de dote, cum speciali de dotis & mulierum favore fuerit introductum, ad extraneos heredes mulieris non transit.

**N**EQVE etiam ipsi mulieri idem privilegium competit aut pro dotis augmento, aut ratione donationis propter nuptias.

**A**PUD nos hypotheca quæ mulieribus pro dote sua aliisque conventionalibus matrimonialibus competit, ultra tempus nuptialis instrumenti non extenditur.

